

Tertull. diam. Voluit etiam Deus, ut angelus ille appareret, ne rex existimaret, fuisse miraculum illud maleficio confectum. Tertulianus libro quarto aduersus Marcionem ait Christum visum fuisse in forma ce Babylonica. Idem asserit Augustinus in oratione aduersus Iudæos, Paganos, & Arianos. Unde pro filium Dei poteris ipsum Deum intelligere, filium Dei uagenam.

Auguft. ¶ *Egredimini.* Subaudi, è fornace. Submisit eos orat, ut exeant, quos superbè & insolenter illuc conijci iusserat. Didicit esse verum & vnum Deum excelsum ac vitium: qui antea dixerat: Quis est Deus, qui eripiet vos de manu mea? Vide cõuersionem eius. Hæc est, ut dictum est in Psalmo, mutatio dexteræ excelsi.

Psal. 76. ¶ *Saraballa.* Indumenta sunt, quibus tibi & crura teguntur. Quidam existimant esse pallia seu chlamides.

¶ *Et verbum regis mutauerunt.* Hoc est, noluerunt ei obedire in cultu simulachri. Vel mutauerunt illud, quia videns rex eos incolentes Deum verum laudibus exulit, quem antea contempserat. Vel quia cum eis, quos antea asperè & crudeliter fuerat allocutus, tunc piè & leniter sermones conferebat.

¶ *Rex promouit.* Hoc est ad honorem euexit, & in dignitatem ampliozem relinquit. Hoc illis euenit, quia noluerunt statum regis colere, & simulachrum illud contempserunt. Ex hoc capite adiunctis

Hieron. verbis diui Hieronymi, Cultores Dei imagines idolorum adorare nõ debent, sumptit occasionem aduersus sanctorum imagines Hiemarius hæreticus nostri tempo-

Hiema. poris, in libro quomodo contra imaginum cultores inscripsit. At quid facit ad diuorum imagines ab ecclesiis auferendas nõ luisset Hebræos illos fide & charitate munitos statum impii regis colere, genti quæ simulachris cultum soli Deo debitum tribuere? De is enim imaginibus loquitur

Hieron. Hieronymus, cum ait, non esse statuas adorandas. Vnum enim Deum latine adoratione colimus, & omnia gentium idola detestamur. Aliud est idola gentium latine ueneratione adorare, quod Deus prohibet,

aliud imagines diuorum dulci ueneratione colere & honorare, quod nunquam prohibuit. Scimus quidem Deum capite vigesimo Exodi, & capite ultimo eiusdem, & capite quarto & quinto Deuteronomii, & aliis in locis præcipere, ne quis deos alienos adoret, nec eorum imagines & simulachra. Existimabant enim gentes idolorum cultrices imagines ac statuas illas esse veros deos, quam ob causam eas pro diis colebant. At nos sanctos illos qui cum Deo in gloria celestis requiescunt, nõ Deos esse credimus, sed Dei amicos, nec eorum imagines pro diis ueneramus, sed eis debitum honorem imperimus, non quod credamus inesse in illis diuinitatem aliquam, propter quam sint colenda: nec quod in illis figamus spem nostram, sed quia honor qui eis exhibetur, refertur ad prototypa, quæ illæ representant. Eam ob causam Christi, deiparæ uirginis, & aliorum sanctorum ueneramus imagines, per quas Christum uerum Deum nostrum adoramus, & sanctos quorum illæ gerunt similitudinem, ueneramus. Hoc docet sancta Romana catholica ecclesia, hæc est uera doctrina, quam ab antiquis patribus sapientia & sanctitate præstantibus ex eorum scriptis, & antiquissima traditione, & sanctorum conciliorum decretis apertissime cognoscimus. Hoc fuit sanctum in secunda synodo Nicæna multis & perspicuis uerbis sub Hadriano pontifice maximo, & in concilio illo Constantinopolitano, quod à quibusdam Octaua synodus œcumenica dicitur, ubi anathema in hæreticos imaginum cõtemptores dictum est, & canon editus de imaginum honore. Idem decretum fuit in concilio Francfordensi, & in tribus conciliis Lateranensibus sub Gregorio 2. sub Stephano, & sub Gregorio tertio summis Pontificibus. Et in hoc sub Gregorio tertio congregati fuerunt mille fere episcopi, ubi Leo Imperator hæreticus qui imagines combusserat, fuit & imperio, & fidelium cõmunicatione priuatus. Et in sacrosancto concilio Tridentino sessione uigesimasepta fuit editum decretum pro imaginum ueneratione. Fateor fuisse in quadam

Exo. 20.
Exo. vi.
Deut. 4.
& 5.

Hadria.

Grego.
Stepha.
Gregor.
Leo.